

1213, maig, 11

Berenguer Clergue de Salt estableix a Sifred i Ermessendis, esposos, un solar situat prop del seu mas, a la vall i en senyoria de Sant Daniel, a cens de dos sous, per cinc sous d'acapte.

ASD núm. 80, perg. orig., 180 x 160 mm, carta partida.

Manifestum sit omnibus scire uolentibus quod ego Berengarius Clerici de Saltu cum uoluntate Agnetis, Dei gratia Sancti Danielis abatissa et tocus conuentus stabilio, dono atque laudo tibi Sifredo et tue uxori Ermessende et uestris in perpetuo uidelicet quoddam solum terre prapter domos hedificandum cum omni heremo sicut est terminatum et assignatum in ualle Sancti Danielis super nostra manso, sicuti affrontat de oriente intus torrentem qui díscurrit in tempore pluuiarum et a meridie et ah ocasum in nostra honore et a circio in uineale capellani eiusdem loci et de Martina; et sicut ex his .IIII.or affrontacionibus predicta terra includitur, cum exitibus et ingressibus suis et omnibus arboribus qui intus sunt diuersorum generum, exceptis ollinas et .I. oliuaria quod retineo, alia uero hec omnia predicta habeatis uos et uestri post uos, saluo iure Sancti Danielis in omnibus ad fidelitatem nostram et de statoribus ipsius dicti manssi, cui dabitur .II. solidos semper de unoquoque anno pro censsu Natale Domini ac etiam insuper per firma conueniencia ut illum quem uos uolueritis hereditare et dare dicta omnia post uestrum obitum sit perpetuo proprium et solidum de statoribus dicti mansi; ac propter hoc stabilimentum accipimus a uobis .v. solidos pro acapite, et hoc scriptum modo omnique tempore maneat firmum ad omnem uestram uestrorumque faciendam uoluntatem sicut superius est dictum.

Actum est hoc .v. idus madii anno Christi incamacione .MCCXIII.

Sig+num Berengarii predicti qui hoc firmo et testes firmare rogo. Sig+num Sifredi. Sig+num Ermessende uxoris eius. Sig+num Poncii de Ferigola. Sig+num Dalmacii. Sig+num Stefanie. +Agnes gratia Dei abbatissa*. Sig+num Marie de Palera. (s. man.) Petrus capellanus Sancti Danielis.

(s. man.) Guilielmus presbiter, qui hoc rogatus scripssit die et anno quod supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 191-192